

Mahrung entzogen/ mithin der Todt und der Untergang desselben befördert wird. Zeugnissen p. 47. Der Umgang mit der H. Schrift sey sonderlich auf Universitäten zu einem schändlichen Gewerbe worden p. 18. Man wolle den unumschränkten Gott nach dem Academicischen Horizont richten p. 88. Honores Academicos suggestant p. 39. Nunc de Ecclesiis Protestantium queruntur, man habe sonderlich darinnen den eigentlichen Zweck der H. Schrift bisher nicht erkennet und gebrauchet. Erweß p. 39. adeo ut per BABEL, id est, Scholas & ecclesias omnia dona Spiritus S. fuerint amissa & erepta, Zeugnisse p. 97. idcirco etiam digna sint quae evertantur funditus, id quod sit serio optandum p. 117.

§. III. Non haerebimus vero diutius inter haec vertiginosi Spiritus documenta: nec tamen dissimulare possumus, ne hic quidem defuisse, qui viam his accusationibus dudum paraverint, & in accusandis non modo abusibus, sed ritibus, & substantialibus ecclesiae nostrae sub nomine abusuum operam dudum consumserint. Non negarunt prudentiores, Ecclesiam DEI quamdiu in his terris militat, vel ideo dici MILITANTEM, quod cum *haereticis* non modo, verum etiam *hypocritis* decertet; viderunt scandala & deplorarunt, partim etiam detexerunt, ista tamen circumspectione, ne in ipsam ecclesiae oeconomiam injuriam gravem committerent. Aliter vero longe dissentientes, qui ubi cum crassioribus Fanaticis negotium est, nuditatem si qua datur, non *tegunt*, sed *retegunt*, & *produnt* inimicis, plusque concedunt quam ii concedi sibi volebant. Ita quando de ministris verbi impiis, docentibus tamen pure, hinc inde conqueruntur, LVPIS ecclesiam puriorem infestari dicunt, eoque trahunt Act. XX, 29. 30. 2. Tim. III, 1. hodiernosque ministros evangelicos intelligunt qui pietismo manus faunices non praebent. Quibus tamen locis & alibi ubi de *lupis* agitur, non sacerdotes *impii* sed malas doctrinas proponentes & *haeretici* intelliguntur, rapacitas enim stylo Scripturae non ad exemplar impietatis, sed impuritatem